



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

27 Crux Christi quatuor virtutes habet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

vitatis Inquisitor, in suo peculiari ope. de Cru. lib. 1, cap. 7, & d. numero septenario 249. figuræ describuntur, in eod. lib. 1, cap. 36.

26 In crucis verò signo † exprimitur fides sanctiss. Trinitatis, in eoque roboratur, quemadmodum in incarnatione fuit con-
28 cursus totius Trinitatis, ita ministerio crucis assistunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, cum opera exteriora Trinitatis sint inseparabilia, & indivisa, ut tradit idem magister Cyprianus, eod. lib. 1. cap. 7.

27 Habet enim crux Christi † quatuor
29 virtutes, propter quas religiosa, & venerabilis est apud fideles consuetudo, ut signent se signaculo sanctæ crucis.

Prima quidem, quod est signum distinctum servorum Dei Jesu Christi.

Secunda, quia est armatura fortis ad profugandum dæmones, qui ubi crux Christi est, stare non possunt.

Tertia, virtus ejus est contra vitiorum tentamenta, quæ si mente fideli habeatur, nulla libido, nulla peccati prævalere potest invidia, sed continuò ad ejus memoratio-

ne totius peccati, & mortis fugit exercitus.

Quarta virtus est, quod operatur, ut divinæ benedictionis dexteram homo consequatur, ut post Damasc. beatus Chrysostomus, August. Origen. & beatus Hieronym. tradit Turrecremi, in cap. ecclesiarum, n. 3, dist. 11. † & quamplura miracula, aliasque virtutes, quæ ministerio, ac signo sanctæ crucis fuerunt habita, & operantur, copiosè scribit præfatus magist. Cyprianus in eodem ope. de cru. in quinque libros distincto per tot.

Fieri enim non debet † crux per modum circuli, sed dextra sursum porrecta, inde quasi recta ducatur linea deorsum, & transversalis, altera extendatur à sinistro ad dextrum latus, & maximè referre, hæc signa adamussim fieri, quandoq; attem dæmones nequaquam timuisse aquam sanctam, quia non fuerat tunc benedicta, scribit Marsil. ea. Hydrag. sect. 2, cap. 7, n. 39, 40, & 41. Quodque signum crucis fieri debeat in figura quadrangulati, tenet idem Turrecrem. eo. c. Ecclesiarum, n. 5. quem sequitur mag. Cypr. eod. lib. 1. cap. 7.

DE INDVLGENTIIS.

Cap. VII.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| 1 Indulgentias conferendi potestas fuit à Christo Ecclesie concessa. | 5 Indulgentia proprie non remittit culpam. |
| 2 Indulgentia, quid sit. | 6 Culpa, & poena in peccato consistunt. |
| 3 Indulgentia duplex, plena, & non plena, harum qualibet qua sit. | 7 Culpa licet remittatur à Deo per contritionem, tamen requiritur confessio. |
| 4 Indulgentia forma est duplex: | 8 Purgatorij poena major est omni poena, quam unquam aliquis patitur in presenti vita. |
| | 9 Poena |